Lib.XXVI.Tit.I.

De Tutelis.

§. 1. *Tutela*, eſt officium poteſtativum (*vis ac poteſtas*) hominem (*caput liberum*) tuendi, qui propter ætatem ſe defendere nequit (*pupillus inde dictus*) Jure Civili data & permiſſa, & quidem
primariò *perſonæ*
conſequenter etiam *rebus*.

§. 2. *Curatela*, eſt officium poteſtativum (*vis ac poteſtas*) in rebus adminiſtrandis adſiſtendi
1. *minoribus*,
olim, non niſi volentibus & petentibus,
hodie, etiam non petentibus, præſertim
1. ad litem.
2. ad debitoris ſolutionem.
2. ad rationes à tutore reddendas.
4. Si prodigi fiant.
5. Si res exigat aliàs.
2. *furioſis*, prodigis.

§. 3. Si *Tutor* conſtitutus
1. *ex die*, datur interim alius Tutor.
2. non poſſit adminiſtrare, idque
vel impedimento perpetuo ſ. diuturno,
vel re pupilli moram non patiente,
utrobiq; datur alius Tutor.